Quæstiones anno 1889

COLLATIONIBUS THEOLOGICIS DISCUTIENDÆ IN DIŒCESI STI GERMANI DE RIMOUSKI.

MENSE JANUARIO

Germanus bona sua coactus est creditoribus cedere : aliquot autem post dies, ipsi quædam venit sat ampla hæreditas, et aliunde grande accipit munus.

Quis hæc repetere potest, an Germanus, creditoresve ?

Quid exprimit David his verbis : *de profundis* (Ps. 129) ? Quid significant eadem verba in officio Ecclesiæ ?

MENSE MAIO

Probetur : 1o. Neminem sine speciali revelatione scire se esse prædestinatum.

2o. Prædestinationem ad gloriam fieri post prævisa merita ex gratia comparata.

3o. Deum neminem absoluto decreto ad interitum prædestinasse, et reprobationis causam esse peccata.

In quo sensu accipienda sunt hæc verba Pauli (I Cor. 1. 21) :

" *Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum : placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes*" ?

Quomodo refutantur increduli antiqui et recentes qui his verbis niti asserunt Paulum sapientiam et rationem deridere et stultitiam animi extulisse ?

MENSE JULIO

Diluantur sequentes objectiones contrarias dogmati purgatorii :

1o. In Liturgiis quæ tanquam antiquissimæ laudantur et afferuntur in probatione dogmatis, precatur ut defunctus *a pænis inferni, a profundo lacu, ab ore leonis liberetur.*

Quomodo hæ liturgiæ citantur ceu ostendentes manifeste Ecclesiæ sensum de purgatorio ?

2o. Si primi Christiani pro mortuis orarunt, id factum est, non ut mortuos juvarent, sed ut gratum erga nos animum testarentur, vel ut viventibus afferrent solatium. Ergo.

3o. Id indultum fuit Christianis recens ad fidem conversis quod id erat mos ethnicorum ut suis parentarent. Ergo.

Cur dicit Jesus mulieri Samaritanæ (Joan. 4, 22): " *Vos adoratis quod nescitis* "?

MENSE OCTOBRI

(*Secretarii electio fit per tabellam.*)

Parochus Theotimus a pravis hominibus insimulatus et de multis etiam falso accusatus, hæc ægre patiens, ac consiliis quorumdam amicorum impulsus et forte vindicta exagitatus, inimicos pessumdare molitur, sub prætextu bonum nomen servandi ; idcirco confugit in vulganda et exaggeranda inimicorum vitia, et nihil omittit quin illos ex parochia expellat. Illos præterea calumniae criminatur, quamvis sciat plurima quæ sibi objiciuntur esse vera et illis male precatur.

Quæritur quæ Theotimo licita sint ut vindicet suam existimationem ? Potestne absolute negare quæ vera sunt ?

Ad quid tenetur propter excessus in loquendo ? quoad damna optata vel illata iisdem inimicis ?

Quænam existebat controversia Judaeos inter et Samaritanos quoad locum in quo offerri debebat publicus cultus ?

PROCÈS-VERBAUX REÇUS DES CONFÉRENCES ECCLÉSIASTIQUES.

Arron	PRÉSIDENTS. *Messieurs,*	1887 Janv.	1887 Mai	1887 Juill.	1887 Oct.	1888 Janv.	1888 Mai	1888 Juill.
1	Saucier	1	1	1	1	1	1	1
2	Pierre Audet..................................	1	1	1	1	1	1	1
3	Vézina	1	1	1	1			
4	J. C. Cloutier et F M. F[illegible]......	1	1	1	1	1	1	1
5	Ls. N. Bernier..............................	1	1	1	1	1	1	1
6	Ph. Moreault................................	1	1	1	1	1		
7	Blanchet.....................................	1	1	1	1	1	1	1
8	Chs. God. Fournier........................	1	1	1	1	1	1	1
9	Lévesque	1	1	1	1	1	1	
10	Gravel..	1		1				
11	Mgr Chs. Guay.............................	1	1	1	1	1	1	1
12	Blouin..	1	1	1	1	1		
13	Thivierge....................................	1	1	1	1	1	1	1
14	[illegible]uret	1	1	1		1		
15	Pérusse......................................	1	1	1		1	1	
16	D. E. De âge..............................	1	1			1		
17	Saindon	1	1					
18	Bellant		1	1	1			

N. B.– On est instamment prié de transmettre sans plus de retard les procès-verbaux qui manquent.